

Sammelband von Dina



U. g. 1975

PIVA.

THEMATA

Disputationis 6. libri 11. Inst.

DE DONATIONUM
MATERIA
PULCHERRIMA.

*Ex titulo septimo libri secundi Institutionum
aliisque concordantibus iuris textibus
desumpta*

Q V Æ

Christe duce & auspice

P R Æ S I D E

NOBILISSIMO CLARISSIMO
ATQVE CONSULTISSIMO
VIRO DN. ARNOLDO DE REYGER
I. V. D. in inclyta Salana Academia Pro-
fessore Pandectarum publico

*Et ventilandas proponit, & propositas pro curia
ingenii sui suppellectile tueri conabitur.*

GEORGIUS ZIBNERVS BARTT
PHENSIS SCEPVSVS.

XIII. Cal. Octobris hora locoq; consuetis.


Ovidius 3. de arte amandi

*Munera (crede mihi) placant hominesq; Deosq;
Placatur donis Iuppiter ipse datus.*

I E N Æ

TYPIS TOBIÆ STEINMANNI.

ANNO CL. 13. XCIV.


*Amplissimo, Amplissima reipub. Bartt-
phensis libera, senatui, parentis
sibi loco unice colendo*

Haec de donationibus pro do-
natione donationes

donat & offert

H E D.

Respondens.

A E N I G M A.

EST locus in terris celebris, mortalibus aequè
Cunctis mirandus, carus & ipse Deo.
Nascitur aeternum quo spirans arbor odores
Dulces, vix quales thura sabaea dabunt.
Hic longe superans vel summa cacumina montis
Thessalia, tangit nubila verticibus
Atq; suis, latè diffundens brachia, ramis
Undiq; permagnum, maxima opacat humum.
Huius sic dulci dulce ut requiescat in umbra
Omne, suo gremio quod modo terra fovet.
Hicq; beat mirè cultores munere fetus
Lati, quo semper luxuriare solet.
Munera quae multis mihi sunt nisi dira sapore
Toxica, sed multis Nectar. & Ambrosium
Hac si gustassis socii, mihi, munera cari,
Dicite nomen nunc arboris atq; loci.



Continuatio.

PRIMO modo acquirendi rerum dominia de iure civili qui est VSU. CAPIO haecenus pertractato & considerato reliquum est ut ad alterum iam descendamus qui est seu dicitur donatio. pr. Inst. de donat. & §. fin Inst. de usu & habit.

THESIS I.



EST AVTEM DONATIO NIL aliud quam doni datio eo quod a donando descendit.

l. senatus 35. §. donatio ff. de mortis causa donat.

II.

Et haec definitur mera quaedam liberalitas quae nullo iure cogente ex sola benignitate & munificentia donantis alteri fit & conceditur.

l. i. l. donari 29. ff. de donat. l. donari 82. ff. de reg. l. l. rem legatam 18. ff. de adim. legatis.

III.

Etenim hoc in omni donatione communiter requiritur ut benefica donantis voluntas interveniat: quae non praesumitur nisi probetur a, aut nisi certa scientia probetur b, alioquin error potius & ignorantia fatuaque; ac nulla potius causa praesumitur quam donatio.

a l. nec ignorans 10. C. de donat. l. cuius 53. ff. de R. l. l. error 9. C. ad l. Falcidiam. b l. verius 21. ff. de probat. ubi glossa dicit quod semper praesumitur ignorare nisi probetur scire. §. quod autem Inst. de legatis.

IV.

Nectamen haec sufficit nisi consensus accipientis accedat a. Ut enim invitus non donat b, ita invito non donatur c.

a l. si quis argentum 35. §. fin. C. de don. b d. l. rem legatam 18. ff. de adim. legatis c l. invito 69. l. invitus 156. ff. d. R. l. l. hoc iure 19. ff. de donat. §. 2.

V.

Hinc donare posse dicuntur omnes qui & contrahere possunt.

A 2

sunt,



sunt, seu qui liberam rerum suarum administrationem habent: iis tantum exceptis qui speciali iuris dispositione prohibentur.

l. 7. pr. l. 9 ff. h. t. VVesemb. parat. hic. n. 4.

V I.

Quo in numero primo omnium est filiusfam. a itemque pater a quo facta filio in potestate constituto donatio rata non est, nisi certis iureq; definitis modis confirmetur b: nec non & uxor quæ res scilicet dotales ne quidem consentiente marito donare potest c.

a l. 7. in pr. ff. h. t. l. 28. §. 2. ff. de pactis l. 1. §. 1. ff. quæ res pignori.

b l. 11 l. 17. C. de donat. l. 1. §. 1. ff. pro donato c l. constante 21. C. h. t. toto tit. ff. de fundo dotali VVes. parat. hic. n. 4.

V II.

Hac vero præexistente voluntate omnes res quæ in commercium cadunt quacunq; donatione alienari; eò quod quicquid alienari id & donari possit.

l. 9. in pr. l. 27. ff. h. t. Schneid. §. 2. n. 83. Inst. h. t. VVes. parat. n. 5.

V III.

An & bonorum omnium donatio sit permessa ambigitur. Nos adfirmativam veriore putamus, adeò ut non tantum præsentia sed & futura donare liceat.

l. si quis argentum 35. §. sed etsi cum seqq. C. h. t. l. si unquam C. de revoc. don. Corras. 6 misc. 17. Vaudus 1. quest. 31. Gothofr. ad l. in edibus 9. ff. h. t. Diff. Schneid. §. 2. n. 86. Inst. h. t. Covarruv. rubr. de testam. par. 2. n. 8. cum seqq. Clarus §. donatio q. 19. & plures per eum relati.

V IX.

Et non aliter donationem quam si alter det alter verò accipiat, propterea quod à datione olim vim habuerit donatio, nec aliter quam traditione a, aut stipulationis vinculo firmabatur b, hodie etiam nudo pacto efficaciter animo donandi promittatur c, perfici posse statuimus.

a l. quis saxum 6. ff. h. t. l. inter mortis 38. ff. de mortis causa. l. 3. ff. de oblig. & actio. princ. Inst. eodem ubi VVes. b l. 2. l. 17. & passim h. t. c argum. §. alia Instit. hic ubi glossa in verbo voluntatem & VVesemb. in l. 35. si quis argentum C. eodem.

X.

Unicus vero & principalis ad quem omnia tanquam ad metam

metam collimare tela debent finis & scopus, liberalitatis munificentiaeque exercitium, est donationis, licet hæc tanquam genus in suas dividatur à IC. species propositas.

l. 1. ff. h. t. l. Munus, 214. ff. de V. sig.

XI.

Alia enim donationum propria seu simplex & donatio inter vivos dicitur & alia verò conditionalis seu mortis causa donatio nuncupatur.

a Princ. Instit. hic l. 1. ff. h. t. l. senatus 35. §. 2. ff. mortis causa don. l. 25. C. de don.

XII.

Hæc est liberalitas ex consideratione mortis seu presentis seu futuræ facta, cum quis habere se ma vult quam eum cui donat, magisque eum cui donat quam heredem suum.

§. 1. Inst. h. t. l. 1. ff. de mortis causa don. l. senatus 35. ff. eodem.

XIII.

Ex quo liquet proprium esse hoc & singulare huius speciei donationis ut fiat expressa mentio mortis, cum alioquin præsumatur esse donatio inter vivos, etiamsi donans in extremis vitæ sit constitutus, nisi ex aliis coniecturis mortis causa donatum esse evidenter apparear.

l. scia 42. §. fin. ff. de mort. causa don. Schneid. Mynsig. Inst. hic §. 1. Vvesparat. ff. de mortis causa don. n. 2. Duar. c. 1. de mort. causa don. Clarus §. donatio q. 4. n. 2. Covarruv. rub. de testam. par. 3. n. 36.

XIV.

Huius species tres recensentur quæ tamen in duas redigi haud incommode possunt. Aut enim quis nullo presentis periculi metu sed sola cogitatione mortalitatis donat.

l. 2. ff. de mortis causa donat. l. senatus 35. §. mortis causa ff. eodem.

XV.

Aut verò quis non nisi imminente periculo motus donat: & tunc vel eo animo donat ut quidē statim fiat accipientis, interim ut restituatur si mors subsequuta non fuerit; vel ea intentione ut non quidem statim fiat accipientis sed tum demum cum mors fuerit subsequuta.

d. l. 2. l. 13. Marcellus l. 35. ff. h. t. Schneid. Mynsig. hic §. 1. Inst. Vvesenb. parat. h. t. num. 2.

XVI.

Vt autem omnes qui liberam rerum suarum administrationem seu testamenti factionem activam habent mortis causa donare a: ita omnibus iis qui testamenti factionem habent passivam donari hac ipsa speciei donationis potest b.

a l. 7. pr. l. tam is 25. ff. h. t. excipitur tamen hic filiusfam. per d. l. tam is. §. 1. h. t. & §. 1. Inst. quibus non est permittum fac. test. b l. omnib. & l. senatus in princ. ff. h. t.

XVII.

Etenim quia legatis donatio hæc adeò comparatur, ut idem ferè quod in legatis iuris est, etiam in donatione mortis causa sit accipiendum: omnibus mortis causa quibus & legata accipere est permittum.

§. 1. Inst. hic. l. illud 37. ff. de mortis causa don. l. fin. C. eodem. l. 17. l. omnibus d. l. senatus 35. de mort. causa don.

XVIII.

Vnde illud etiam emergit quod eam quinque coram testibus fieri sit omnino necessarium sicut quamlibet ultimam voluntatem nisi apud acta fiat, eaque ratione etiam si maxime 500. aureos excedat insinuatione tamen opus non sit.

d. l. ult. C. de mort. causa don. Novell. 87. in princ. Schneid. pr. h. t. num. 14.

XIX.

Rursus autem sicut tribus hanc constitui modis, Traditione nimirum, stipulatione & nudo pacto a: sic totidem eandem tolli, morte videlicet donatarii, pœnitentia sola, & quando donans convalescit ab infirmitate & liberatur periculo cuius causa donavit, manifestum est b.

a d. l. si quis argentum C. de donat. b §. 1. Inst. h. t. l. si mortis causa 29. cum l. seqq. ff. h. t.

XX.

Donatio inter vivos illa dicitur quando quis ea mente donat ut statim velit accipientis fieri, nec ullo calu ad se reverti, & propter nullam aliam causam facit quam ut liberalitatem & munificentiam exercent.

Argento §. 2. Inst. h. t. l. 1. l. donari 29. ff. h. t. & l. donari 82. ff. de R. l.

Perficitur

XXI.

Perficitur autem donatio hæc non aliter quam cum donans voluntatem suam scriptis aut sine scriptis declarat *a*, etiam inter absentes *b*, & ignotos *c*, per procuratorem *d*, nuncium *e*, aut epistolam *f*, nisi cum excedit donatio 500. aureos *g*.

a §. 1. Inst. h. t. l. 29. C. h. t. *b* l. nec ambigi 6. *c* d. l. 29. C. h. t. *d* l. 4. etiam *e* l. absenti 10. ff. h. t. *f* l. 13. C. eodem *g* §. 2. Inst. h. t.

XXII.

Tum enim ut hæc valeat donatio insinuationis opus est solennitate, quæ fit quando donator iudici ordinario illam donationem indicat eiusque consensum & auctoritatem requirit, & petit ad acta iudicii redigi & scripturam super ea confici.

d §. 2. Inst. h. t. l. 25. donatio in fine & l. pen. §. fin. C. h. t.

XXIII.

Quod si verò donatio quingentos aureos excedens non fuerit insinuata, in quingentis tantum aureis est donatio utilis in residuo verò inutilis. Nec enim utile per inutile vitiatur.

l. 34. in princ. vers. si quid autem C. h. t. Schneid. Mynsig. Instit. d. §. 2.

XXIV.

Excipiuntur tamen ab hac iuris constitutione Imperatoriarum liberalitates, siue eæ Imperatori fiant, siue ab Imperatore cuiusvis alii *a*, nec non & aliæ in iure recensitæ, quæ etiam si aureos 500. excedant absque ulla tamen insinuatione valent *b*, ex constitutione D. Iustiniani.

a §. 2. Instit. h. t. l. sancimus 34. cum auth. item C. h. t. *b* l. si quis pro redemptione 36. C. h. t.

XXV.

Etsi quæ donatio ecclesiæ facta ab hoc iure non excipitur *a*, quod idem & de principibus superiorem recognoscentibus dicendum videtur *b*. Iuramentum donationi adpositum pro insinuatione est *c*.

a l. illud quod 19. C. de SS. ecclesiis d. l. si quis argentum 35. §. fin. C. h. t. *b* argento d. l. sancimus 34. princ. & d. 19. C. de SS. eccles. Cuiac. consult. 3. in fin. *c* Clarus d. §. donatio q. 18. Gail. 2. observ. 39.

XXVI.

Revocatur autem hæc donatio si ingratitude donatarii

in donatorem existat, & si liberi ei contra spem nascan-
tur.

§. sciendum Instit. h. t. l. generaliter fin. l. si unquam 8. C. de revoc.
don. c. fin. 17. q. 4.

XXVII.

Hæc liberorum supervenientia an donationem à quovis
factam revocet, valde est controversum. Nos adfirmativæ ad-
hæremus.

DD. comm. ad d. l. unquam ubi et Tiraq. Clarus d. §. donatio q. 22.
Schneid. §. sciendum n. 8. Inst. h. t. Cuiac. 20. observ. 5. Diss. Azo ad d. l. si
unquam in glo. Connan. 5. comm. 10. nu. 4. Donell. ad d. l. si unquam n. 3. et
18. cum seqq. Corraf. 7. misc. 30.

XXVIII.

Sed quid si liberi nati sint iique vivo donatore decesserint,
an donatio reconvalescit? quo negandum putamus.

Bart. in l. Titia Seio §. Imperator de legatis 2. n. 10. Donellus d. l. si
unquam n. 9. Diss. Clarus d. §. q. 23. n. 9.

XXIX.

An verò beneficio huic d. l. si unquam C. de revoc. donat.
pater renunciare possit arduè quæritur? nobis videtur patrem
id posse saltem in sui præiudicium, non tamen liberorum
etiamsi renunciationi iuramentum sit adpositum.

Cuiac. d. observ. 5. lib. 20. Vid. Mynsig. 5. observ. 63. Gail. 1. obs. 20.
n. 11. 13. Clarus q. 22. n. 4. et q. 23. n. 1. d. §. donatio. DD. ad d. l. si un-
quam qui variè dissentiunt.

XXX.

Et quidem donatio à patre in solidum revocari potest
conditione ob causam a: quæ cum hæredibus detur b etiam
liberos, non ut liberi sed ut hæredes eandem consimiliter in so-
lidum intentabunt c.

a arg. tit. de condict. causa data. Cuiac. d. observ. 5. b l. 3. C. de
don. que sub mod. c Cuiac. d. obs. 5. Diss. Clarus q. 23. in fine.

XXXI.

In mortis causa donatione diversum est, ibi namque li-
bere post eam donationem suscepti, tantum pro ratione fal-
cidix vel legitimæ donationem revocant.

Cuiac. d. observ. 5. ubi omnino V.

Ab

XXXII.

Ab hoc revocationis beneficio diversa est quærela in officio donationis, quæ competit si pater liberis iam natis immodicam fecerit donationem, sive uni pluribusve liberorum sive extraneo. Hæc vero donatio in solidum non revocatur, sed agitur ad supplementum legitimæ.

l. 1. l. 2. & toto tit. C. de inoff. donat. ubi VVesenb. num. 5. Cuiac. 5. observ. 14. & tr. ad Afr. ad l. 10. si quid in fr. pat. p. 12. & Novell. 92. V. Clarum d. §. q. 24. n. 2. Covarruv. 1. variar. reso. 19. n. fin. Dis. Antonius Faber 3. Conic. 17.

XXXIII.

Est & alia inter vivos donationum species quæ propter nuptias vocatur, ideo quod à marito dari solet uxori in compensationem dotis tibi ob matrimonium factæ.

§. est & aliud Instit. hic.

XXXIV.

Sicut autem dos absque matrimonio esse non potest a: ita etiam hæc donatio absque matrimonio nulla est b, Estque de iure civili doti per omnia exæquata c.

a l. 3. de iure dot. b Schneid. num. 2. & 4. hic. c argum. §. est & aliud Instit. hic.

XXXV.

Et quemadmodum dos soluto matrimonio de iure communi redit ad mulierem vel patrem dotantem: ita quoque donatio propter nuptias revertitur ad maritum.

l. 3. C. solut. matrim. Schneid. hic num. 4.

XXXVI.

Erat olim & alia de iure civili acquirendi species quæ ordine esset tertia, nempe cum accresceret socio pars servi communis à socio manumissi, sed quia hodie in casu tali servus libertatem consequitur & socio etiam invito pro sua parte numerari pretium solet, ideo ea inter modos acquirendi dominium non est amplius referenda.

§. ultimo Instit. de donat.

COROL.

COROLLARIA.

1.

Donatio pactum est legitimum non contractus.
arg. l. si quis argentum 35. C. d. donat. l. legitima 6. ff. de pactis Cuiac. l. Iurisgentium 7. de pactis ubi & Duar. vers. & cateri. Connan. 5. comm. 9. Diss. Bellon. 2. supp. 2. Gothofr. ad l. 7. C. de his qua vi metusve causa & ad l. 19. de V. sig.

2.

Ex dispositione legis si unquam C. de revocandis don. ipso iure donationem revocari adserimus.
Donell. ad d. l. n. 14. Clarus d. §. donatio q. 23. n. 8.

3.

Ex eadem etiam donationem Ecclesiae factam in solidum, non pro ratione legitimae revocari contra comm. statuimus.

Mysing. 6. obser. 95. per. c. fin. 17. q. 4. Diss. Covarruv. 1. variar. resol. 19. num. 5.

4.

Donationi mortis causa si clausula de non revocando adiciatur, transit in simplicem inter vivos donationem.

l. ubi ita 27. de mort. causa don. Covarruv. rubr. de testam. par. 3. n. 37. Clarus §. donatio. q. 4. n. 5. Dissentit quidam per Nov. 87. in pr. & l. si alienam 13. §. 1. de mort. causa don.

IMPERTINENS

ETHICVM.

I.

Cum amicorum omnia communia esse dicantur, queritur, num etiam amicis donatio recte fiat.

Rursus

Rursus cum omnia bona tam praesentia quam futura
de iure donari posse dictum sit; utrum etiam taliter om-
nia sua bona ex hauriens p̄dignus dici possit quaritur.

A D N O B I L I S S . I V V E N E M
G E O R G I V M Z I B N E R V M B A R T I P H E N -
I E M S C E P U S I U M L L . S t u d i o s u m .

Nobilitas, propria, tibi sic, virtute, G E O R G I,
Sic venit, & veniant, nomina clara simul:
Nobilis es, celebri, prognatus, stemmate! nomen,
Nobilius, varia, reddere, & arte, studes;
Pergas, Doctorum, sic sic volitare per ora,
Sicq; Deo poteris charus & esse βγοτοῖς.

M. Georgius V Vilhel.
Hammerus.



Faint, illegible text at the top of the page, possibly a title or header.

Second line of faint, illegible text.

Third line of faint, illegible text.

M. Georgius V. Völsch
Hamburg



99 A 6904

ULB Halle 3
004 976 38X



TA 30L







PIVA.

THEMATA

Disputationis 6. libri 11. Inst.

DE DONATIONUM
MATERIA
PULCHERRIMA.

*Ex titulo septimo libri secundi Institutionum
aliisque concordantibus iuris textibus
desumpta*

Q V Æ

Christe duce & auspice

P R Æ S I D E

NOBILISSIMO CLARISSIMO
ATQVE CONSULTISSIMO
VIRO DN. ARNOLDO DE REYGER
I. V. D. in inclyta Salana Academia Pro-
fessore Pandectarum publico

*Et ventilandas proponit, & propositas pro curia
ingenii sui suppellectile tueri conabitur.*

GEORGIUS ZIBNERVS BARTT
PHENSIS SCEPVSIVS.

XIII. Cal. Octobris hora locoque consuetis.

Ovidius 3. de arte amandi

*Munera (crede mihi) placant hominesque Deosque
Placatur donis Iuppiter ipse datus.*

I E N Æ

TYPIS TOBIE STEINMANNI.
ANNO MDCCXCIV.